ris Capitanealis Praemysliensis Terminos dilationem sibi non
recipiendo nullasq[ue] motiones, appellationes ac earum
prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia plenis sim: 1444
plicibus vel duplicatis, Evasionibus, Suspensionibus fatalibus Juris
praescriptione Terrestri bello Convocationeq[ue], ac aliis omnibus
Juris remediis et defensis non subterfugiendo, nec modo
alio quovis evadendo. Hac sua praesenti personali reco-
gnitione ad praemissa omnia et singula mediante.

Feria Tertia in Crastino Festi Assumptionis in caelum Gloriosissimae Virginis Mariae Anno Domini Millesimo sexcentesimo Septuagesimo Secundo. 16/VIII

Niechrzebecki Testamentum Approbat. 1245

Comparens personaliter Coram officio et Actis praesentibus
Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Nobilis Pau-
lus Niechrzebecki Certae sortis in Villa Niechrzebka et Tertio
Haeres, sanus mente et Corpore existens a Terris Districtibus
Juribus Jurisdictionibusq[ue] suis quibusvis propriis et compe-
tentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali
Praemysliensi Jurisdictioni quo ad actum hunc attinet se-
cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus
totaliter et plenarie incorporando atq[ue] subyciendo pa:

lam libere publice ac perexpressum recognouit. Quia ipse Testamentum Vltimæ Voluntatis suæ in scripto Conceptum ratio:
2000 ne certarum Conditionum et legatorum in eodem Testamento Contentarum de actu de actu et data illius in Villa Niechrebka die Vltima Julij scilicet Trigesima Prima Anno præsenti confectum conscriptum manu sui Recognoscentis propria et certarum perso narum ibidem specificatarum subscriptum in omnibus et singu: lis eiusdem dispositionis Testamentariæ Vltimæ Voluntatis suæ Conditionibus punctis, Clausulis, articulis, Damnis Terre: stribus ligamentis, ac nexibus generaliter omnibus approbat roborat, confirmat, et ratificat, Inscribendo Legatarios suos et successores Executoresq eiusdem testamenti sui in satisfa: ctione eidem Testamento suo tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit. Testamentum præfatum ad In: scriptionem præsentem Roborationem et Inscriptionem præsentem Roborationem ad prædictum Testamentum Vicis: sim in toto referendo. Idq sub damnis Terrestribus Sim: pliciter absq Corporali Juramento taxandis et edicendis per suos Veros successores atq Executores eiusdem Testamenti sui ob non completionem Contentorum Testamenti præfati omni: um et singulorum tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit ad soluendum Inscribendis. Pro quibus quidem Damnis Terrestribus Simpliciter absq Corporali iuramen: to taxandis, modo præmisso ad soluendum succubitis ac pro re aliqua Principali ex Contentis Testamenti eiusdem sui non Completa Complenda Citati existentes ijdem Exe: cutores præfati testamenti suiq aut eorum successores Con: iunctim Vel diuisim Ad Instantiam quorumuis Legatariorum in eodem Testamento sui Recognoscentis specificatorum aut eorum successorum ad officium præsens Castrense Capi: taneale Premisliense ex tunc receptu supra scripto quo, ad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare Juri

parere.

parere respondere, Damna praefata Terrestria simplici:
ter absque corporali iuramento taxata luere Inscriptioni huic
satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur seque
ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat prae:
sentibus illum Terminum primum peremptorium et alios 2001
omnes exinde consequentes causa eiusdem Terminos sem:
per peremptorios Tora infirmitate pro maiori minorennita:
te successorum, legatione intra Vel extra Regnum servitio
militari ad munimenta ad Exercitum, Vel aliis quibusvis dila:
tionibus, et legalibus impedimentis non differendo ad quieta:
tionem praefatam Ultra proximos officii praefati Castrensis Ca:
pitanealis Praemysliensis Terminos dilationem sibi non re:
cipiendo, nullasque motiones, appellationes ac earum prosec:
utiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus
Vel triplicatis Evasionibus suspensionibus fatalibus Iuris
praescriptione Terrestri, bello Convertionisque ac aliis qui:
buscunque Iuris remediis et defensis non subterfugiendo nec
quovis alio modo evadendo. Hac sua praesenti persona:
li Recognitione ad praemissa omnia et singula me:
diante.

Feria Quarta post Festum
Assumptionis in caelum Glorio: 17/VIII
sissimae Virginis Mariae proxi:
ma Anno Domini Millesimo
Sexcentesimo Septuagesimo
Secundo.
Smereczanski Venerabili Ia
minski Cedit.